Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cod. Biblia sacra (omisso Psalterio)

Biblia sacra (omisso Psalterio) - Lichtenthal 13

Lichtenthal (?), [um 1300]

Prolog

urn:nbn:de:bsz:31-35330

nec uideret quid accideret ciuitati.
Et preparauit dominus deus ederam et ascen
dit super caput ione ut esset umbra
super caput eius. et protegeret eum.
Laborauerat enim. Et letatus est io
nas super edera leticia magna. Et pre
parauit deus uermem ascensu dilucu
li in crastinum. et percussit ederam et
exaruit. Et cum ortus fuisset sol. prece
pit deus uento calido et urenti. et percus
sit sol super caput ione et estuabat. Et
petiuit anime sue ut moreretur. et dixit.
Melius est michi mori quam uiuere. Et dixit
dominus ad ionam. Putasne bene irasceris
tu super edera. Et dixit. Bene irascor
ego usque ad mortem. Et dixit dominus. Tu
doles super edera in qua non laborasti ne
que fecisti ut cresceret. quia sub una
nocte nata est et sub una nocte periit.
et ego non parcam niniue ciuitati mag
ne. in qua sunt plusquam centum uigin
ti milia hominum qui nesciunt quid
sit inter dexteram et sinistram suam. et
iumenta multa. Incipit prologus
in micheam prophetam.

Temporibus ioatham achaz
ezechie regum iuda.
micheam ad hanc
prophetiam spiritu sancto re
pletum lectio ipsa de
monstrat. Sed de su
pradicto numero regum ioatham
et ezechiam deo ob religionem pla
cuisse hystoria libri quarti regum.
et secundi paralipomenon indicat. Achaz
uero derelicto deo ydola samarie et syrie
quibus etiam filios suos sacrificium igne
concremandos obtulerat coluisse con
stat. Quam obrem deus samariam
que reges israel et iuda memoratorum si
mulachrorum superstitione fefellerat in
crepans. indignationem suam in eam
processuram comminatus est. Populo eti
am israel preuaricatori et principibus
eius qui eundem populum fallaci suasione
ad colenda ydola impulerant uerbis
in sequentibus captiuitatem et interitum
ad futurum denuntiat. Explicit pro
logus. Incipit micheas propheta.

Verbum domini quod
factum est ad miche
am morasthiten in
diebus ioathan achaz
ezechie regum iuda.
quod uidit super sama
riam et ierusalem. Audite populi omnes. et
attendat terra et plenitudo eius. et sit
dominus uobis in testem. Dominus de templo
sancto suo. Quia ecce dominus egredietur
de loco suo. et descendet et calcabit
super excelsa terre. Et consumentur mon
tes subtus eum. et ualles scindentur sicut
cera a facie ignis. sicut aque que de
currunt in preceps. In scelere iacob